PRONUNTIAMENTUM DE SANCTIS . NICOLAUS CUSANUS
Salzburg (?), 1452-1458 Seite 191r
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8319
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



ac si diceret celestia qui non habent aliquod commune cum terrenis quoniam
in illa similitudine terrenorum exemplificari possunt a nobis nunquam
capient que in gratia que ex deo venisse asseritis non creditis
etiam vos ducentis per terrena exempla addit Et nemo as
cendit in celum nisi qui descendit de celo filius hominis qui est in celo
causam difficultatis fidei celestium declarans Nam cum credere
non velitis nisi intelligatis causam et quomodo tunc cum nemo pos
sit ascendere virtute sua intellectiva usque in celum ut ea videat
que per eum qui illa scit et vidit narrant et attestant Nam
solus ille qui de celo descendit scilicet filius hominis quem et vos
ex deo venisse asseritis propter opera eius que vidistis ille asten
dit in celum et est in celo et ob hoc nullo ascensu rationis attin
gentis celestia qui non estis celestes solus filius hominis
quoniam secundum conditionem huius mundi in carne scilicet et sanguine as
sumpsit de celo descendisse videtur uti et vos ipsum ex deo
venisse dicitis Unde cum intellectus huius filii hominis sit assumptus
per verbum patris quod est deus hinc ascendit hic intellectus
in occulta dei que dicuntur celestia quia celata sunt terrenis
ut ic descendere ascendere et nec descendere nec ascendere
sed esse in celo coincidant in filio hominis et ideo hic est se habens
quasi serpens in deserto suspensus qui accedentes per fidem et ipsum ser
pentem intuentes se scilicet ad ipsum convertendo et salutem contra le
sionem querendo adepti fuerunt in exaltato serpente salutem
contra morsum venenosum serpentium deserti sic exaltari oportet fi
lium hominis ut omnis qui credit in ipsum non pereat sed habeat vitam
eternam Unde concludit xpus quod renascentia ad regnum dei